Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



hominum adducebantur: et veniebant
de deserto. posuerunt armillas
in manibus earum. et coronas spe
ciosas in capitibus earum Et dixi
ei que attrita est in adulteriis. Et
in adulteriis Nunc fornicabitur
in fornicatione sua etiam hec: Et
ingressi sunt ad eam. quasi ad muli
erem meretricem. sic ingrediebantur
ad oollam et oolibam mulieres
nephariam: Viri ergo iusti sunt
hii iudicabunt eas iudicio adulte
rarum et iudicio effundencium
sanguinem. quia adultere sunt: et san
guis in manibus earum. hec enim
dicit dominus deus. Adduc ad eas
multitudines et trade eas in
tumultum et in rapinam. et lapi
dentur lapidibus populorum et con
fodiantur gladiis eorum. filios et
filias earum interficient. et do
mos earum igne succendent Et
auferam scelus de terra. et dis
cent omnes mulieres ne faciant
secundum scelus earum Et dabunt sce
lus vestrum super vos: et peccata ydolo
rum vestrorum portabitis Et scietis
quia ego dominus deus. xxiiii
a Et factum est verbum domini
ad me in anno nono.
in mense decimo. decima
die mensis dicens. fili hominis:
Scribe tibi nomen diei huius in
qua confirmatus est rex babilonis
adversus iherusalem hodie. et dices
per proverbium ad domum irritatri
cem parabolam. et loqueris
ad eos. hec dicit dominus deus. Po
ne ollam. pone inquam. et mit
te in eam aquam Congere frus
ta eius in eam. omnem partem
bonam. et femur et armum. electa
b Et ossibus plena. pinguissimum
pecus assume: compone quoque struens
ossium sub ea Efferbuit coctio eius
et decocta sunt ossa illius in me
dio eius. Propterea hec dicit dominus deus
Ve civitati sanguinum olle cuius ru
bigo in ea est. et rubigo eius
non exivit de ea. per partes et per partes
suas eice eam Non cecidit super eam
sors: Sanguis enim eius in medio
eius est. super limpidissimam petram
effudit illum Non effudit illum super
terram ut possit operiri pulvere
ut superinducerem indignacionem meam
et vindicta ulciscerer Dedi sang
c uinem eius super petram limpidissimam
ne operiretur: Propterea hec dicit dominus
deus: Ve civitati sanguinum. cuius
ego grandem faciam pyram. Con
gere ossa. que igne succendam Con
sumentur carnes. et coquetur uni
versa compositio. et ossa tabescent.
Pone quoque eam super prunas va
cuam ut incalescat et liquefiat
es eius et confletur in medio eius
inquinamentum eius. et consumatur
rubigo eius: Multo labore su
datum est. et non exivit de ea ni
mia rubigo eius. neque per ignem
d Inmundicia tua execrabilis. quia
mundare te volui. et non es mun
data a sordibus tuis Sed nec
mundaberis prius donec quies
cere faciam indignacionem meam in te.
Ego dominus locutus sum. Veni et fa
ciam. non transeam neque parcam
nec placabor Iuxta vias tuas
et iuxta adinvenciones tuas iudi
cabo te dicit dominus: Et factum est ver
bum domini ad me dicens. fili hominis
Ecce ego tollo a te desiderabile
oculorum tuorum in plaga. et non